



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Nucleus Practici Tractatus, De Legibus**

**Marchius, Ewald**

**Coloniæ Agrippinæ, 1660 [erschienen] 1661**

§. 22. Cordis contritionem, & Dei timorem inculcat.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42256**

*Cordis Contritionem, & Des Timorum  
inculcat.*

Timor Domini expellit peccatum: nam qui  
sine Timore est, non poterit justificari.  
*Ecclesi. i v. 27.*

a **C**Or gere contritum, à vitiis longeque  
remotum.

b Divini clavis illud confige timoris,  
Peccati hic frænum est, stimulus virtutis acu-  
tus,

c Qui plures, animis fecit tabescere, sanctos,  
d Peccati labes, quamvis vix tangeret ulla,  
Nam velut indomitus, rupto fræno, atque ca-  
pistro,

Spernit Equus Dominum, pedibusque recal-  
citat, ipsis,

e Sic ruit in quævis, male sanus criminis pæ-  
ceps,

f Executiendo Dei, sanctum de corde Timo-  
rent:

g Hic si deficiat, spes est vix ullà Salutis:

h Evasisse putasne mali quos conscientia facit,

a **Psal.** 50. b **Psal.** 118. c **Psal.** 33. d **Iob.**

31. **Habacuc** 3. **Psal.** 118. e **Ierem.** 8. f **Eccle-**

g **Eccl.** 1. h **Psal.** 63.

a Mens habet attonitos, & cæco verbere cœdit,  
b Occulto quatiende animum Tortore flageglio?  
falleris & tandem, deceptio crassa patebit:  
Est intra mentem, qui advertit ad omnia Testis,  
Et nihil in vita, seu morte relinquit inultum,  
Multos, magna nimis fiducia sæpe fefellit,  
Dum minime timidi, quæ vis secura putabant,  
Qui tamen, ut recto pisces capiuntur ab hamo,  
Dum minime sperant, subito rapiuntur ad orcum.

§. 23.

Vesperinum Conscientia Examen, & Angelicam tutelam invocandam monet.

Sideder o somnum oculis meis, & Palpebitis  
meis dormitionem, & requiem tempo-  
poribus meis donec inveniam locum Do-  
mino, Tabernaculum Deo Jacob. Psal.  
131. v. 4.

N E somnum capias, nisi singula facta  
dici

a Scrut-

a 1. Machab. 6. b 2. Machab. 9. c 4. Reg.  
18. d Luca 16. e Eccl. 9 f Luca 12.